Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De legibus - Cod. Ettenheim-Münster 220

Münzer, Franz

[S.l.], 1715

Articulus 2dus

urn:nbn:de:bsz:31-122324

Visual Library

Eucharistiae sacramentum suscipiat, et extra hos casus vix reperietur lex divina, quae ad sui observantiam cum manifesto periculo vitae obliget, unde non tenemur cum tali periculo servare divina praecepta de integra confessione vel de sumptione Eucharistiae aliquando in vita, unde multa habemus ex S. Script. in quibus lex divina cum tanto periculo servata non est, sic namque ex necessitate comedit de panibus propositionum David non obstante divino praecepto, nec Canes illi a Laicis comederentur, imo Reg. 21. ita etiam praeceptum de sabbatho servando servatum non est a Machabaeis 1. Mach. 2. nam in die sabbathorum praelium constituerunt adversus hostes, quod tamen per legem non licebat, ita etiam Dominus Math. 12. suos discipulos apud Pharisaeos excusat, quod die sabbathi per necessitatem spicas sederent, quod lege tamen prohibitum erat.

Ratio denique lex est propter bonum communitatis atque extra sui discrimen, et gravissima necessitate bono communi magis interest conservatio partium, quam aliud quodvis commodum, igitur varius 175.
tenendum est, quod extra communem discrimen aut principis gravissima necessitate potestas humana possit obligare, cum periculo vitae. Unum tamen breviter est inferendum, scil. quod si quis occulte excommunicatus, et non nisi cum periculo infamiae se tale gerere possit, non teneatur se principium reficiatur tale ostendere, adeoque non debeat abstinere a sacramentorum administratione, praemissa tamen contritione, similiter nemo cum discrimine gravi sanitatis tenetur diebus interdictis ieiunare, aut abstinere a carnibus etc. cum vitae aut famae aut rei familiaris periculo, aut alio gravi incommodo mentis aut corporis, ad haec enim lex humana quae fragilitati humanae debet se accommodare, non praesumitur se extendere quibus ea quae pro necessitate tituli dicta fuerant satis abundanter patent.

Articulus Ultimus

De

Obligatione legum ad certas personas.

Postquam de obligatione legum ratione se priori articulo satis multa diximus, de earum obligatione ad certas personas hic dicere intendimus, totum tamen articulum non nisi in tres partes distinguimus, in quarum prima quid inquiremus, tum an legislator suis legibus, tum an et quomodo clerici legibus teneantur civilibus. in 2. vero quomodo infantes et amentes item subditi extra territorium existentes legibus patriae obligentur?

in 3. denique an et quomodo peregrini, advenae, et vagi legibus ligentur territorij
per quod tenent? hoc ergo in praesenti articulo inquiremus.

Sectio 1ma.

An et quomodo Legislator suis et Clerici in
Civilibus legibus teneantur?

176. Legum Conditores sicuti non nisi iusta iuste decernere possunt, ita etiam iis legibus,
quarum observatio non dedecet statum et dignitatem eorum uti est ne quis gladiatus
incedat pretiosas vestes portet, ac teneri concors semper et certa fuit tum theologorum
tum iurisperitorum sententia unde in lege digna vox Cod. de leg. sic habet digna
vox maiestate regnantis est legibus obligatum se principem profiteri. item lege
Princeps ff. de legibus dicitur pareto legi quisquis legem sanxeris. in iure etiam Canon:
Canone iustum dist. 9. dicitur iustum est principem obtemperare suis legibus, tunc enim
iura sua ob obiectum custodienda existimet, quando et ipse illis reverentia praebet. et ne
id concilij tum Cod. dictum arbitremur statim additur principem legibus teneri suis,
nec in se posse damnare iura, quae in subditis constituunt iustum est, iusta enim
vocis auctoritas eorum, si quod populis prohibent sibi licere non patiantur, quibus satis
aperte constat quod legum conditores suis etiam legibus teneantur, quando legum obser-
vantia maiestati non derogat conditoris: non istud ergo quaerimus an legibus suis
legislator quomodocunque teneatur, sed quia triplex obligatio distingui solet, altera di-
rectiva altera coactiva, hinc indagamus an sic legum conditores suis teneantur
statutis ut etiam ad eas servandas vi cogi et quaeli possint? ubi bene adverten-
dum est ad varia diversorum regiminum distinctionem, quando enim regimen est aristogra-
ticum, id est optimatum, aut Demograticum id est populare, non videtur esse dubium quin
singuli optimates aut comitates non solum directiva sed etiam vi coactiva ad legum
observantiam quaeli possint, nam si singulatim sive optimates sive comitates
considerentur, vices subditorum reputatur totius regiminis subeunt, subditi autem
vi etiam coactiva et non solum directiva ad legum tenentur observantia: ergo cum

proinde quoties predicti principes, de iis legislatoribus qui absolute et se solis leges ferre possunt, uti est Pontifex, Imperator, Rex &c, in etiam dictis, quin et huiusmodi legislatores suis legibus obligare valeant non aliunde, v.g. ratione feudali imitatis vel pacti cuiusque quae se se ea suos subditos liberè obligabant: sed hoc pro ima titulo rarius provenit dicta sufficiunt

Adverendum è circa alterum titulum rarius, qd Clerici neque directè neque per vim coactivam nisi rarò possunt obligari directè ad observantiam earum legum 77.
Civilium, quae et qdem libertati et immunitati Ecclesiae dignitati derogent, qdem ita illae leges qdem principes saeculares iure in personas Ecclesiae durare pretendant sive in decidendis earum causis spiritualibus, sive in punienda earum delicta vende in Capit. Eulia de Constitutis Statis qd Laici super Ecclesiis et personis Ecclesiae nulla sibi attributa potestas, ita in decretis Coloran: Cap. 9. Sic legit cum ea aure tom divino qm huius nulla potestas in Ecclesias personas sibi attributa quae reducta est ibidem, qdem libertati et immunitati Ecclesiae adversantur et hoc Leym. lib. 1. tract. 4. c. 13. extendit etm ad bona quae clericorum aut saecularium, quia licet super personas Ecclesiae nulla habet potestate directa, sic neque circa ipsorum bona. Limitat tn hac doctrina in duobus casibus 1mo. nisi cum antecedat realis quaedam onera bona illa Ecclesiae aut clericorum pertinentia fuissent saecularium aut Eulia diverent. Secdo. nisi bona primitus ita sint gessa clericis aut Ecclesiis, ut data saecularium principum ingredientia et deactioni ad hoc pertinent. Ejusdem quoties ex particulari in id redundat, an clerici in legibus quae pro communitate vinverse ita lata sint, ut earum observatio libertati et ~~[illegible]~~ Ecclesiae non repugnet, salte indirecte et quia participant in ea contrahere per modum civium generaliter. Ita retinent probatissimi.

Assertio 1. Legislator supremus et qua talis quod etm directiva suis 78.
legibus tenetur, qdo si earum observantia dignitati non derogat conditionis, sed magis ipsa fuerit accomodata, hoc autem obligatio oppenit directe ex vi illa lege sed indirecte etm per mynaos, ita Salmanticenses P. Paulus Wittelinger et alii cont.

Hæc autem i. partis è quia indecora è omni parti quæ non consonat suo universo: quam
videmus è caput non posse dirigi cum membris. Ponit sapiens Cattho patere
lege inquit quam Tarsiæ tulisti et sic Dns Matth. 23. super hoc obiurgat pharisæos
dicens alligant onera gravia et importabilia, et ~~[illegible]~~ imponunt
innumera hominibus digito autem suo nolunt ea movere, quo verba quæ ad
pharisæos specialiter dicta sunt non omnibus ad omnes legislatores referri possunt, qui
dum legibus suis vi directiva benevolentiam tam ordini ea quæ prior ~~[illegible]~~
~~[illegible]~~ dignitati non derogant. insuper iure non non id exposuere ~~[illegible]~~, ut quo
superior ad bonum comune aliquando indicat necessaria, ipse suo exemplo omnem
caput non infringat, si etenim legis ad exemplum gravitas obiij et alij Rex
Italiæ Greæ, intellexit de bono regimine ut quo superior subditis mandat, si
ea observare dignitati suæ non derogat, ipse suo exemplo imo ad similitudinem ad-
ducat ne alij injuriam ipse ~~[illegible]~~ et ex lex invenial, sicut legislator
superior et quia Italiæ et quoad eam directiva sui legibus tenetur, quod eorum
observantia dignitati suæ non derogat, sed tunc ipse obligatur et a directa
et ex ea parte asserti. non directe alijus obligat, sicut obligari sit ipse lex
et vacuo legislatori, alij lex et vacuo legislatori immediate legislatore non obli-
gat, tum quia nullus se ipsum obligare intendit sua lege aut facta potest non intendere
tum etiam quia lex dicitur et actus superioris ga subditis, alij vero sui legislatores
nullus est. obligat, quod tunc indirecte et ex lege facit: nam tunc dicit aliquis
obligari indirecte ratione lex et legislatoris vacuo et tunc occasio ut tunc et
solum obligatio oriatur, atqui hoc contingit se ipsum legislatoris ad suas leges, non
posita tali lege lex non legislatore obligat, ut quo ipse inducet ad bonum comune
subditos, ipse vero legis inducit se subditis sui ad formet, et qui caput et totius
non solum in membris sed etiam in ipso totius bonum inovent, nec enim tunc
ad deformis quin ut in corpore optime disposito caput ipsum monstrosum
apparet. legislator quo ipsum legem directiva indirecte ad suas leges observantia tenetur, dicit tunc quoad eam directiva non quia assertio logis

de legislatore summo et qua tali per se pala esse videtur, quia ad legum observantiam vi coactiva compelli non potest, imperium enim inversum est, ubi subditus punit superiorem.

Quaeritur an haec legislatorum obligatio sub mortali sit an sub veniali? Rl. 179.

quod quaeritur inter DD. an sub mortali an sub veniali tantum legislator ad suarum legum observantiam teneatur, Lessius, Bonacina, Diana, Engel, et eum tantum venialiter peccare putant, quando alias scandalum et iniustitia gravis abest, quia difformitas unius partis ab aliis partibus in moribus et modo vivendi per se et secluso scandalo non est gravis, neque exinde perturbatur respublica, ut patet in privilegiis et dispensationibus, unde infert Burghaber in sua disp.: de legibus quod si Papa diebus interdictis carnes comederet aliis sub mortali vetitas sine necessitate absente tamen scandalo non peccaret nisi venialiter aut etiam omnino non, sed his communis aliis contradicunt volentes, quod quodcumque lege a se pro bono communi condita sine iusta necessitate legislator infringat, eodem peccato peccet quo peccaret subditus contra veniendo illi legi, adeoque si subditus ex fine gravi legis sub mortali obligatus esset, similiter etiam legislator foret obligatus, si sub veniali, et ille sub veniali, quae sententia mihi etiam videtur verior et sequenda: nam non videtur cur caput minus sit obligatum ad promovendum bonum commune quam reliqua membra, quin imo videtur caput esse magis obligatum, cum enim ad imperium capitis omnia membra ordinantur in bonum commune, videtur quod commune bonum imo expedat iustitia capitis, ad quam consequenter sequeretur et iustitia membrorum. insuper legislator non tantum ex decentia naturali ut se conformet suis subditis tenetur suis legibus, sed vel maxime ex lege Dei aeterna et naturali ut Scil. Princeps in materia virtutis quam pro bono communi necessaria aeternavit, ipse hoc agat exemplative quod subditi agunt subtive, non enim ipse suo exemplo promovere bonum commune minus tenetur, quam subditi tenentur vi suae subiectionis, Cajetano de vi directiva: si ergo ex fine praecepti subditi gravi tenentur, ex eodem fine ~~tenetur~~ videtur quia gravitas etiam legislator suo exemplo illud ipsum praeceptum adimplere tenetur, cur enim si legislator v. g. in ieiunio ex motivo temperantiae sub gravi praecipiat abstinentiam a carnibus, cur in quam si iusta necessitas dispensans

obstiterit ab ingressu huius prouentis ex fine grauis, diuersi tam secularis penae et alij
mortes, ubi id finis cuiusdam, qui finis est grauis, id fateor non satis legio, et idcirco
mihi videtur, quod si finis prouentis grauis sit, ipse etiam legislator id obseruandum
sub gravi tenetur, qui grave finem qui gravis, bono comuni aut nocet aut prodest.
Sed hoc de obligatione legislatoris quoniam sua lege dicta sunto. fit.

1290. Assertio 2. Clerici religiosi et quoniam personae Sacerdotio tenentur adeo legem Civilem
seruandam, quae libertati et immunitati Ecclesiae non repugnant quemadmodum di-
rectiua non omnino ad alij Cives, unde si Cives alij tenentur sub mortali, etiam eiusdem
tenentur Clerici, si sub veniali tenentur sub veniali, non autem tenentur ulto ordo
quemadmodum coactiua. ita Tonius ex hoc sentia praeque 1. 2. dist. 167.
l. 4. Vocat concorde D. Thom sentia, Gvarel. l. 3. de legib. c. 37. Comiglesius
secuta, Medina certissima et ea communis tradunt alij DD. et ipso iure Canon:
fundat, quia lege Civile seruare debent, ut videre e Canone de Capitulis dist. 77. ma-
xime Leo 4. Lothario Imperatori interroganti an eis lege seruanda Rubr. de
Capitulis vel prouentis temporalibus Ecclesiae cuiusmodo etiam nondum infrega-
Pleiter Cuiusdiudij et seruandis ipso magis valuimus et valeant. Ad propositio
nunc et in eorum nos seruatores modij optimij profitemur et ita Canon:
Le: Imperatorum dist. 10. ubi dicit, quod non omnibus Ecclesiae gubernatis, sed etiam omnibus
legibus Civile, euangelijs, prophetijs et Canonij decretis non repugnant illa sint
seruanda. et idem hoc Lucius 3. Pontifex [illegible] Paduano et Pataino scribens
iubet, ut nova quaeda difficultate inter Clericos de Padoia et priuatos Ciuis
de Venetijs exortam dirimet tam iuxta legem Civile, quam Canonica, Quinque hoc
addidit ratione quia fuit inquit lege non derogatur Canonem imitari, ita
et saeuum statuta Canonum principum institutis adiuuant.

1291. Secunda assertio a ratione ipso quod quia tam clerici et chori Cives et membra
Comitatij, ius non excedere videtur, ut etiam iuxta eas leges quae illorum statuis non
repugnant, et illae non obseruantur in bonum Comitatij fluunt, atque pro ratione

finis aut necessitas boni comunis sub gravi vel levi ad instar aliorum membrorum et civium erunt obligati ad eiusmodi leges servandas. Ratio est 2. quia secundum regulam iuris qui sentit comodum sentiat et onus, atqui personae Ecclesiae sentiunt comodum reipublicae et comitatis: recta ergo ratio etiam exposcit ut quemadmodum bonum comitatis sentiunt, etiam legibus eius quatenus status dignitati non derogant, subdantur. 3. et hoc est optima ratio, quia cum S. Canones principium est dictis iuvantur, etiam leges eiusmodi quae toti comitati congruunt neque clericali dignitati ~~[illegible]~~ obsistunt, ob Ecclesiis praelatis acceptatae et rati habitae aestimantur, quod ex praecitatis textibus satis apertum esse videtur. Sed tamen non censentur S. Canones acceptare leges civiles, nisi secundum vim directivam quatenus ad personas Ecclesiasticas, non autem ad vim coactivam, ut liquet non solum ex praxi Ecclesiae, sed etiam quia per hoc ipsum quod quis transit ad statum clericatus eximitur a foro contentioso civili, ne aliquid illud tanquam forum in praeterea post hac actionari valeat, tum etiam quia hoc aperte est contra dignitatem status clericalis, ut quis per laicos contemnetur ad personam qui in sorte Ecclesiae Ecclesiae cessit, inde etiam eruitur, quod quia eo modo subiacent clerici quatenus ad vim directivam legibus civilibus, sicut alii cives laici, similiter etiam si laici sub mortali obedientiae tenentur, tenentur simul et clerici. atque ex his patet quomodo legislator suis et clerici legibus subdantur civilibus. hoc iam materia missa sit

Sectio 2da

Quomodo Infantes et Amentes

Item

Subditi extra territorium existentes legibus Patriae teneantur?

Sicut lex ex antecedenter dictis est ordinatio rationis ab eo qui curam comitatis habet promulgata, ita etiam non datur nisi ~~[illegible]~~ ei qui et quatenus in sua ratione ordinatus actu aliter illaetualis et rationis gros invenitur, neque in hoc aliquam esse difficultatem facile illegimus, si quod lex sit ligatura moralis actuum humanorum, qui sine usu ~~[illegible]~~ rationis esse nequeunt notemus, unde etiam quod ad jura tituli parte spectare 182.

videlicet facile, concludimus dicentes quod infantes ante usum rationis et perpetuo amentes
nullis humanis legibus teneantur, sequitur aperte ex dictis, humanis quippe legibus ne moderetur,
nisi qui actuali usu rationis fruitur, aut saltem frui possit per se, cum enim lex sit
rationalis et directiva actuum humanorum regula, rationis supponit exercitium: cum ergo
infantes ante usum rationis et etiam perpetuo amentes rationis exercitium non teneant,
palam est quia eos humanae leges non ligant. Dico tamen humanis non tenentur: dubium enim
non est, quin saltem moraliter legibus teneantur naturalibus ita, ut quamvis si iis contraierint,
ipsis quod facile est non imputetur, iis tamen sine dubio malitia et peccatum aggrediatur, quorum
interest educare ne eigendi fiat: et hoc est discrimen inter leges humanas et naturales
respectu huiusmodi hominum, quod leges humanas ante usum rationis nec moraliter nec
facilius, leges autem naturales moraliter saltem et neque observare id est non contra agere
teneantur, unde non est peccatum secluso contemptu praecepti eigendi ratione destitutis
diebus veneris aliisque interdictis carnes manducandas apponere, non levinare,
diebus festis ad missam non portare Eucharistiam circa pascha aut in mortis
ardo iis non porrigere, et haec neque educanti nec infanti innoxia imputantur,
quia ea pro talibus non praecipiuntur: contra si infantes aut amentes huiusmodi indu-
cantur in blasphemandum fornicandum peiurandum, quae ex lege divina naturali
sibi est interdicta, inducens peccatum attrahet alienum, quia etiam naturale huiusmodi
peccatum dum tenetur, voluntarie et imputabiliter non prohibet.

Dico etiam infantes ante usum rationis non teneri legibus humanis per quod reiicio quod aliqui
quoad plenum volunt, quasi infantes quamvis sapientes ante 7. annum his praeceptis non teneantur:
nullibi enim legimus quod S. Ecclesia sua praecepta absolute ante 7. annum obli-
gari nolit, sed tantum ante annos discretionis: si ergo anni discretionis ante 7 tenui
quoad plenum habeantur, dicendum est, quod qui eos ante habuerint, etiam ante teneantur leges
servare nisi expresse in lege aliud habeatur: sic infans sciens discernere
in 5. anno inter bonum et malum mihi probabilius tenetur in 5. anno quo sciens peccavit
confiteri praecepto Ecclesiae, quia in capit. omnis utriusque sexus iam

simpliciter inclyg teneat; igitur Infantes ante usum rationis legibus humanis non tenentur
tenentur tamen primum usum rationis adamas disputationis veniunt ad eas leges humanas
quarum mala certo obstati ex gravioribus causis ad abstinendum a carnibus diebus inter-
dictis, item ad gaudendum omnia, et si magis in ratione profecerint et maiorem communionem
sumo etiam de pretio amentibus excedit, unde asserunt DD. qd ebrietatem
in intervallis deliranti invincibili ignorantia causent quod a transgressione legis
defuta adventia et libertatis, sed in legibus sufficiant, quia non audent tum usum
rationis defitiunt, et idcio dicunt qd non licet illis carnes ministrare die ab-
stinentia, aut ad alia inducere quo et extra legem humanam et sine alio absurdo aut
indecentia Edm exigitia legis observare valent.

Illud etiam hic resolvendum venit, an scil. quia legibus humanis infantes subduntur 184.
primum usum rationis fruunt, statim etiam in Censuras Ecclesiae incidant? qd
affirmat Inocentius Disp. 35. tract. 8. et docent Sylvestr. Raymund. et alii
quorum ratio est quia Capit. vet. de sentia excomunicationis pueri percussore Clericum ben-
dum ab Episcopo absolvi, unde inferunt quia sic patet qd Pontifex supposuerit
pueros eadem in excomunicatione incidisse. Sed contra verbo Censura. Cum alii
existimant qd censura Ecclesiae nemini ligent nisi sit subditus, aut saltem prefer-
tati proprio id est ad minimum comunia id. Ergo multo autem in id. omnes tangerit
Ad hoc stile indicat Caym: S. 1. tract. 4. c. 10. n. 5. quod ipse quarum habet
Sed tamen ita prior Verior et Pilior sentia videtur adeoque Legda pp. Cit. capit. vet.
de sentia excomunicationis, qd minus clare in hac verba legitur: pueri qui in Canone
incidunt sentia punitata, sive ante sive post pubertatem postulent absolvi
possit dare sanctitatem absolutionis beneficium in certis tamen, de facto obtali
in quo facit commissa culpa, Ergo sit manifestum indicendum. ita cit. capit.
qd mihi adeo clarum videtur pro sua sentia ut quod gloriam Domini calamum
non applicarem, simpliciter tamen deleto a priore sentia redierim. Sed tamen
sicut tractat, qd quibus ante pubertatis annum affrahat censura, et tunc ante decimum
annum Episcopo diocesano non reservatur, salte in ratione diocesis, non in Universis
Curatis de potestate audiendi confessiones in observandis cuncta absolutione reservatis

puncto 2do expresse dicit, quod nullum privatum reservatum sit pro impuberibus id est pro masculis ante quam letos annos 14. pro foeminis ante 12. annos quam letos. quibus quae pro 1. parte tituli congruunt satis innotescunt.

185. Circa alteram tituli partem sciendum est quod subditus praest pluribus modis extra patriae territorium existere, qui tamen ad duos praecipue revocantur, imo quidem physice tantum, ubi singuli nostrum extra patriam existimus, si 2dum nostra persona physica in patria esse desiderium. 2do physice simul et moraliter et alter extra patriam esse dicuntur, si extra illa huiusmodi existunt ut non solum persona et eius praesentia, sed etiam domicilium alibi ubi de patria referant, ut adeo et reipsa et in hunc genium intentione seu existimatione de patria discessisse iudicent: sic qui Friburgo ad S. Landelinum per modum peregrinationis proficiscitur physice tantum extra patriam existere dicitur, et tamen qui huius ordinis se profitetur, dum Friburgo oriundus est et physice et moraliter extra patriam existere iudicatur. his positis sit.

186. Assertio sive quis physice solum, sive physice et moraliter simul extra patriam territorium vel Dioecesim existat, per se loquendo non tenetur legibus patriae territorii vel Dioecesis, et hoc ut dicit Laym. loc. cit. cap. 11. est communis DD. sententia. Veritas autem asserti desumitur 1. ex iure Can. et quidem ex cap. 2. de constitut. in 6to. ubi dicitur statuto Episcopi, quo in omnes qui furtum commiserint excommunicationis sententia promulgatur, subditi eius extra Dioecesim furtum committentes minime ligari noscuntur. ita cit. capit. iuris Canonicum. Suadetur deinde etiam ratione sic: quia hoc discrimen est inter legem et praeceptum quemadmodum in prima quaestione huius tractatus diximus, quod lex respiciat locum et non personam nisi mediante loco, et contra praeceptum respiciat personam et non locum nisi mediante persona, ex quo discrimine manifeste sequitur, quod qui extra territorium in quo lex eiusdem viget, existit, lege non tenetur, bene autem teneatur praecepto, quia praeceptum quod personale et contra lex quod locale est, si ergo locus dimittitur sive physice solum, sive physice simul et moraliter, lex non obligat, sed tamen obligat praeceptum. et huiusmodi est illegitimum quod in utroque iure pro regula assumitur quia extra territorium iuris dicenti impune non paretur. plura pro veritate asserti non videntur necessaria, quia pp.

Inferunt varia, quidquid religiosi etiam extra conventum suum à suis prelatis
possint censurari, excomunicari, imponi ei id non pertinere ex lege sed proprio pp. 187.
obligatione obediendi ex voto obedientiæ. 2do. quidquid in una diœcesi aut
parochia ei diei festi aut ieunii et quis pro eo tempore quo ieunium aut ob-
ligatio audiendi missa viget, in alia venit diœcesim, parochiam ei ille ieunare
aut missa audire non teneatur, sic ego qui infesto exaltatis S. Crucis à Minchhausen
parochia ad S. Landelinum veniebam mane eo tempore quo in dicta parochia missam
solemnia celebrant, etsi studio id faciat, tamen non teneatur, sic eo die quo S. Landelinus
ubi festum non est, missa non audiat, et hoc verum est etsi in eadem civitate duæ parochi-
æ sint, in quarum altera dies est festum aut ieunium, tamen est sententia excomunicati et
interdicti, in altera vero non sint, quia si deinde in altera parochia, ubi profanum non
vigent eiusmodi festi ingrediatur, nona non tenetur. dicit etsi studio id faciat quia
per regulam iuris 55ta ff. de regulis iuris nullatenus dolo facere qui jure utitur: neque obligatur fugere ex se malum, sed indifferens, sine quo bonum honestum
posset. sed tamen contra hoc illatio alia casus, quod qui à loco ubi incertum est
recepta haberet in alio etiam non recepta, et ubi matrimonium condemnetur, et
hoc per breve declaratum Cardinalium, et breve apostolicum ab Urbano VIII.
datum. 3tio. inferunt quidquid infidelis, etiam qui non baptisma in S. Ecclesia ingressi
non sint, legibus Ecclesiæ non teneantur, quia extra territorium Ecclesiæ ea non dicant rem
illud Apostoli i Corinth. 5c. quid enim mihi de iis qui foris sunt iudicare? iis tantum legantur
hæretici, unde hi dicti ab Ecclesia interdicti, neque palam neque occulto extra casum
necessitatis licet carne apponere aut manducare, quod id licet infidelibus.
Dicit tamen in affertione per se loquendo quamvis enim et per aliquid speciale privilegium 188.
aut eventum poterit quis extra suum territorium obligari ad servanda leges patriæ
sed quodquis à suo rego ubi carnes sint interdictæ tempore quadragesimæ ad
non abstinentiam proprio regis sui legat, quia hoc in gremium Ecclesiæ cederet.
2do qui subditus huiusmodi territorii in regno Minchhusiæ et etiam aliquis qui in
huiusmodi territorio existeret, gladio traiceretur, si quodam censura subditis eius-
moribus in huiusmodi territorio aut provincia imposita est, eam incurreret, quia

subditus est et aliquem in territorio hoc occideret esto positus ipse sit extra illud.
3tio. Parochus non residens in sua parochia etsi in alia moretur, poenam tamen non resi-
dentibus a iure statuta incurrit. et ex his alia plura quae circa praesentem materiam
contingere possent, facile erui possunt. unde sit.

Sectio 3tia

An et quomodo peregrini, advenae et vagi legibus territorij teneantur per quod transeunt?

189. Advenas et peregrinos si de uno loco in alium suum transferant domicilium
aut sic extra suam patriam in alio loco morantur, ut ibi habitandi animum
nanciscantur et sic quasi domicilium sortiantur, legibus eius loci in quo huiusmodi
conveniunt, teneri communis est DD. sententia, et quidem haec obligatio consurgit a prima
die qua tale locum incolere incipiunt. Cuius ratio est quia qui tali animo
advenit, ipso facto se legibus eius loci subiicit, quia in eo sibi domicilium
et incolatum fecit. quare studiosi qui studia sua in alieno quod loco
adimplenda assumunt, a prima die qua in illo loco animo studendi adven-
erint, localibus ligantur statutis, hoc ipsum extenditur ad eos qui causa nego-
tiandi per aliquas 7 mensas aut menses in aliquo loco morantur recte tamen
excipiuntur Principes superiores, qui etsi in aliquo loco diutius morantur,
localibus tamen statutis non ligantur, nemo enim superior ligatur praecepto aut lege
inferioris, et hinc Canonistae dicunt ut ait Laym. c. 12. legatum in pro-
vincia non obligari legibus Episcopi Diaecesalibus, optimo etiam quod studiosi
tempore vacationis etsi per unam aut alteram heptomadam in aliquo loco
morentur specialibus tamen legibus loci non subdantur, quia tales neque domicilium
neque quasi domicilium proprie nanciscuntur, sed de huiusmodi advenis et
peregrinis sit.

Libertis peregrini et advenae qui in alquo loco non habitandi sed hospitandi 190.
tm caa adsunt, p se in obligant legibus et consuetudinibus locorum generalibus
tenent tm contractus. e Contra ff. etm expresse tradunt Doctores Omnes
Abbas aliqui (?) et ratio i. partis, nemo potest obligari nisi subditus, atqui
non subditus, qui non omnino habitandi, sed tm hospitandi in alquo loco
moratur, ergo (?) ma. patet quia leges et imperia superiorum ad subditos tantum
extendunt. Contra. mi. etm verum sit, tamen habet expresse in lege. hora
obligat. ff de iudiciis, ubi quidcumque tantum advenae et peregrini forum non sortiuntur,
sed qui autem forum non aliquam talem quia imperiatur non subditus ad eam sub-
ditus non est: ergo. Ad dubium 2. parte, quia leges iuris Canonici et Civilis
Omnes ubique obligare presumuntur, sed non fingunt in alquo loco illud locale
cuiusdam privilegio tm habuit, et ideo extra locum illum quoque existentes
obligare iudicant, cum privilegium locale tantum respicit personas et non infantes,
quando quis e sua patria abi fuit non venit in aliud locum ubi fuit, missa audire
intendit, quam illi domicilium aut stipitale non habent. Similiter de iejunio vendendo
quis Burgos in Argentina veniat in hebdomada maiore ubi ovis et lacticiniis
vesci e interdictum, licite comedet, quia in Burgovia illud interdictum non
fuit, extra quando alicubi in diebus sabbathi licitum e vesci indefinitis ona alia
et quis veniat in locum ubi hoc licitum non e, iis vesci licite non potest, quia de omni
carne sub qua et indefinita continent die sabbathi non comedere e iure Canonico, et
quod in patria licitum sit, privilegio habuit localitatem, quamvis extra locum non fuit.

Dicitur tm quia p se intenent, p accidens enim possunt tenere, quemadmodum fil. p accidens 191.
forum sortiuntur. ita advenae obligant ad servanda gesta et solemnitates con-
tractuum in illo loco prescriptas, tales enim ratione contractus forum sortiuntur. Ad
obligant exuere mae ne bono Comi nocent, et si innocent ratione delicti
forum sortiri iudicant: advenis quoque licet libros prohibitos, omnes vivendas aut
gladios et huiusmodi extra bono Comi dominum iminere potest, inferre.
Ex hoc. etm denent solvere vectigalia ad navigandum vias Pontes, vel alio
iusto titulo etm advenis imposita. Ad deinde denent p accidens ad

leges locales, quod illarum non observatio vergeret in damnum spirituale aliorum, sic qui sine scandalo in alio loco carnes comedere non potest, propter scandalum abstinere deberet.

192. Verum quatenus usque dicta abiicit illud Ambrosij quod refert in Canone Ille dist. 12. scil. Cum Romae venio sabbathum ieiuno, cum Mediolani sum non ieiuno, sic et tu ad quemcunque Ecclesiam veneris eius more serva, si cuiquam non vis esse scandalo nequemquam tibi. Similia habet S. Aug. Epist. 119. et alibi unde etiam comme est poetae monitum.

Si fueris Romae Romano vivito more
Si fueris alibi vivito sicut ibi

Sed faciliter Rt. quod hoc Ambrosij, et Aug. et poetae dictum non sit praeceptum sed tantum consilium, adeoque non obliget nisi forte per accidens, quatenus potest esse occasio gravis scandali ex hoc, quia non omnes statim norunt eiusmodi esse peregrinum. Et sic etiam potest teneri ille, qui postquam ieiunium vel abstinentia in sua patria observavit per accidens venit in alium locum ubi illud praeceptum jam te observat, ubi propter scandalum imminens potest per accidens esse obligatus ad denuo abstinendum, quamvis per se loquendo et absente scandalo, ipsi praecipue libio licitum esset carnes comedere, utpote qui praeceptum illud in sua patria iam adimplevit, neque in eo loco in quo te jam praeceptum illud observari contingit, domicilium habet aut quasi domicilium, dum non habitandi sed hospitandi animo illuc venisse praesumitur.

193. Superest ut de Vagis etiam quaedam dicamus, dicuntur autem Vagi qui dum nullibi alicui habent domicilium, per orbem hinc inde incerti vagantur. De his ait Lessius et placet Laym. quod eadem sit ratio ac de peregrinis, alij tamen iis contradicunt volentes quod Vagi legibus cuiusque loci per quod transeunt teneantur, quia nisi hoc esset, Vagi eiusmodi nullis legibus teneri possent, quod non videtur esse conducens bono communi. Sed quidquid sit mihi certe placet sententia Lessij et verior videtur quia in lege haeres cit. ad finem dicitur neminem sortiri forum, nisi qui et quatenus alicubi habeat

domicilium aut ghi tale: certum autem est quod nemo subiiciatur legibus, ubi forum non sortitur, dum ergo vagi nullibi domicilium aut ghi tale habeat, nulli etiam foro specialiter subduntur, adeoque etiam legibus localibus specialibus non tenentur nisi per accidens, puta ratione gravitatis, delicti, rei, et etiam interdum ratione originis: semper tamen tenentur legibus communibus regni Diœcesis, territorii et huiusmodi, per consuetudinem etiam introductum est, ut etiam vagabundi cum proprium Judicem non habeant, per locum Dnorum si quid deliquerint puniri possint, quod sufficit ad hoc ut bonum commune in suo flore conservetur, et exinde ruit Adversorum fundamentum, atque hæc de obligatione ad certas personas universaliter dicta sunt.

Articulus 3tius.

De Cessatione, abrogatione, interpretatione Consuetudine et dispensatione Legum.

Vetimus tandem superis faventibus huius tractatus de legibus articulum inchoamus in quo quæ ad antecedentia desiderari videntur, breviter quidem sed suffter explicantur, sed autem 5. quæ ex instituto in hoc articulo examinanda veniunt, unde 5. et eius sectiones distinguimus. in quarum 1. quidem de cessatione, et abrogatione, in 2. de interpretatione et Epichia, in 3. de consuetudine in 4. de dispensatione, et denique in 5. ghi in supplemento de privilegiis tractabimus. sit iam.

Sectio Prima

De Cessatione et abrogatione Legum.

Legem cessare in genere dicitur, quodcunque obligatio legis sive per abrogationem sive per dispensationem sive aliunde tollitur, et 2dum hoc totus iste articulus de cessatione legum tractare dici potest, sed sub hac generali cessationis significatione